



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Sexta Dies.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

TERTIA HEBDOMAS.

Scopus hujus hebdomadis est, Christi virtutes in patientia exercitari, quæ uti specialem in se difficultatem, iuvam admodum; sed etiam dignitatē & excellentiam continent, ita spem; si ergo quoque considerationem merentur, pro qua proinde majori, integratius integrum tertiam hebdomadam assignavit.

SEXTA DIES.

Tibera. Exemplum dedi vobis, ut, quemadmodum ego faci, ita & vos faciatis. Jo. 13.

MEDITATIO I.

DE LOTIONE PEDUM.

Scopus.

Sacramenti Penitentiae rite peragendi & administrandi propositum.

Punctum I.

Considera I. Cur Christus ante institutionem SS. Sacramenti Discipulis suis pedes lavare voluerit, ut scilicet suo exemplo doceret omnes futuros Sacerdotes, quanta cum puritate conscientiae & ipsi ad SS. Sacramentum Eucharistiae accedere, & alios ad id suscipiendum præparare debeat.

Hinc invenimus, ut non solum sacerdotem, sed etiam alios, qui adhuc mortalis incarnari & nasci voluit, non nisi puritate & ab ipsa etiam originali macula immunis Virginis institutum elegit; quanto magis nunc tam gloriosus sumus ab ijs, qui eum suscipere volunt, sanctitatem & puritatem requirent.

Considera III. Si ab omnibus Christianis tanta puritas requiriatur, quanto major ab ipso Sacerdote jure meritissimo exigatur, ut, qui non simplici tantum modo eundem suscipiat, ut alij Christiani, sed etiam consecrat, & per modum immaculati sacrificij æterno Patri offert. Vide ergo qua-

Y 2 lena

lem tu puritatem hactenus artuleris, & afferre deinceps omni cognitum.

Punctum II.

Considera I. Quod Christus non quacunque cærem
sed specialiter hac externa ac visibili lotione puritatem
Sacerdotibus futuris commendare voluerit; ut hæc ratione
gnificaret, eos ordinariè non solâ contritione contentos
sed etiam ipsum visibile Sacramentum Confessionis, conno
ties fieri commodè potest, præmittere, atque ad pœniten
cerdotis se abijcere debere.

Considera II. Quam justis de causis hoc quoque à Cœ
stus exigat, nempe ut non modò certius copiosiusque
jorem dispositionem & dolorem, qui plerumque in Confessio
nione elicetur, purificeris, sed etiam ob actus humilitatis
rūmque virtutum tanto dignior aptiorque efficiaris ad
Sacramentum, fructusque illius suscipiendos; cum jun
pacitatem dispositionis prævia subsequens Sacramen
to Ergo operationis effectus dispensemur; Si ergo, dum Princeps Confessio
quis promitteret, se ad se accendentibus tanto liberalius
dona communicaturum, quanto majora & capaciora
laturi essent, haud dubiè qui vis amplissimum, quod
posset, afferret; quidni & tu tanto diligentius haec
statim per Confessionem præmittendam observes, quæ
præstantiora sunt dona, quæ tibi juxta capacitate
positionis offerenda promittuntur.

Considera III. Quomodo hactenus hac in parte reg
ris, & gerere deinceps velis. Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Nec ipsas etiam Cœremonias in lotione
dum fine speciali mysterio fuisse exhibitas; indicate
per eas voluit Christus, quid in alijs lavandis, seu Confessio
nibus audiendis observare specialiter debeat suorum
dotes, nimurum 1. Linteo puritatis tam Animæ (propri
terentiam Sacramenti) quam corporis (perfittum Cœ
tatis servandæ propositum, ne dum aliorum fordes audi
etiam ipsi maculentur) se cingendo. 2. Genua declin
tum per præviam petitionem gratiæ; tum per humilic
ationem.

deinceps omnium pedibus incurvationem, ne, dum aliorum n^{on} cognoscunt ijsdem meliores se reputantes extollantur. Equali cum charitate & sollicitudine omnibus sine distinctione sordes peccatorum per absolutionem auferendo, & e ceremoniam reliquias per piam & consolatoriam exhortariatem abstergendo.

Hac ratione Considera II. Quād solidus & efficax sit hic modus, Contentiones cum magno incremento gloriae divinae, cum ingenio confessionis suo merito, & cum magno profectu & solatio Penitentiū ad p^{re}ceptū impendi; quāmque adeō merito de eo illud Christi dictum applicare tibi debeas: Exemplum dedi vobis, ut, quemadmodum a te ad me feci, ita & vos faciatis.


usque ad Confidera III. Quomodo tu hactenus hunc modum obserue in Cenitatis, aut certe deinceps observare velis. Colloquium. militaris. Videri etiam potest Ludovicus de Ponte, med. 8. part. 4. ieiunans al-

Conclusiones.

I. Ergo Vade & tu, & ostende te Sacerdoti (per humilem Princem confessionem) & offer munus tuum per immaculati Agni liberalizationem.

II. Ergo scito, quod antiquus Inimicus omnino nititur in, quod expedire desiderium tuum in bono, & ab omni devoto Exercitu hanc m^unitionem evanescere. Displacet illi humilis Confessio, &c., si posset, cures, quod Communione cessare faceret. Non credas ei, neque cures atque tamen carcerem, quod illicet sibi deceptionis tetenderit laqueos, Thom. Temp. l. 3. c. 6.

III. Ergo diligenter examina Conscientiam tuam, & pro tuo vero Contritione, & humili Confessione eam munificare clarifica, ita ut nihil grave habeas, aut scias, quod te reprobatur, & liberum accessum impedit. Idem l. 4. c. 7. Quid protest diu tardare Confessionem? expurga te cum primis, atque velociter venenum, festina accipere remedium, & senegatur etiam lib. 4. c. 12.



MEDITATIO II.

Pro 6. Die.

DE SS. EVCHARISTIÆ INSTITUTIONE

Scopus.

Amor erga SS. Eucharistiam & estimatio,

Punctum I.

Considera I. Primum finem hujus Institutionis, scilicet memoriale infiniti Amoris in sancta Passione destrati; hinc sicut in Cruce Corpus, & Animam, & omnes guinis sui guttulas amore nostri tradidit & profudit, hoc quoque SS. Sacramento omnia iterum communiqueruit, & etiamnum ardentissime largiri desiderat. Hoc Thomas vocat illud Sacramentum Amoris, S. Bernhardus morem Amorum, & ipse Doctor ex ore cuiusdam obsecram S. Hostia confessus est, isthic pro nobis latere ignoris, & pro illis ignem Justitiae.

Considera II. Si juxta Sapientes ingratissimus est, mantem non amat, cum hic amato se totum tradat; quia gratius tu futurus es, si quotidie pignus hoc nobilitatis Amoris accipiens, & ad hunc ardentissimum Amorem accedens, tamen mutuo necundum Amore accendatis, ardentissimum te eidem uniendi desiderium sentias.

Considera III. Quomodo deinceps saltem Amorem magnitudinem dignius estimare, atque, ut cederemus Amore respondeas, omnes vires contendere velis. quinum.

Punctum II.

Considera I. Alterum finem hujus Institutionis, ut esset Convivium ex pretiosissimo Ejus Corpore & Sanguine ad nutriendas, impinguandas, & recreandas nostras institutum.

Considera II. Quam verè hoc Convivium per illud gnum Convivium, de quo Christus in Evangelio Luci nomine *Cœna magna* locutus est, indicatum fuerit, cum hoc Convivium sit magnum propter mysteria & mis-

servientia, magnum propter cibum & potum, ex quibus
constituitur, & magnum denique propter insignes fructus,
ex illius sumptu percepuntur.

Considera III. Si magnam sibi Homines gratiam confer-
tent, dum vel semel ad mensam suam à Rege quopiam
Principe invitantur, quam felicem tu te cenfere debeas,
nisi tanto Rege, ad tantum Convivium non semel, sed quo-
dile sumendum invitaris. Si Miphiboseth Jonathæ Filius,
quædam à Davide hæc verba: *Tu comedes panem in men-
sa semper: audivit, præ stupore & admiratione corruit
ad suam, adoravitque Davidem, & dixit: Quis ego
in seruatu, quis a respetisti super canem mortuum simi-
lum mei? Si Jacob Patriarcha Gen. 28. dixit: Si fuerit Do-
minus mecum, & dederit mihi panem ad descendendum, erit
mihi Dominus in DEVM, cunctorumque, qua dederis mihi,
decebras offeram tibi. Quid te facere par erit, qui panem ta-
cum, panem Angelorum, omne delectamentum in se haben-
tum, & omnis saporis suavitatem, in mensa tanti Regis quo-
dile sumere permitteris?* Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Tertium finem hujus Institutionis, nempe
et esse Sacrificium incruentum novæ Legis, omnium Sacri-
ficiorum veteris Legis completivum, utpote omnem illorum
perfectionem eminentissimum quodam modo contraens; hic
est purissimum Holocaustum Sacrificium memorativum,
Iecharisticum, Propitiatorium, Pacificum; unde plus quo-
que placet unica hujus Sacrificij oblatio æterno Patri, quam
omnia Sacrificia olim in veteri Lege oblata.

Considera II. Si olim magna Gratia reputabatur, quando
quis in Sacerdotem electus, DEO varias Victimæ & Holocau-
stula offerte poterat: Si & ipsam Christi Humanitatem ex
parte felicissimam prædicamus, quod seipsum in Ara Cru-
cis in Holocaustum æterno Patri gratissimam semel dunta-
xat pro salute totius Mundi offerre poterit; quam felicem
tu reputare te ipsum debeas, cui non victimam bestiarum, sed
summaculatum Agnum; non crudeli & cruento, sed incruen-
to modo; non semel duntaxat, sed quotidie, pro tua & omni-
um Hominum salute concessum est. Quam ingratus

proinde futurus sis, si beneficium hoc non, ut patet, agere, & Sacrificium hoc non, quoties potes, omni possimus affectu ac reverentia tum in gratiarum actionem, tum in lios fines offerre studeas.

Considera III. Quomodo hastenus tuæ obligationis feceris, aut certè satisfacere deinceps velis. Colloquium.

Vide etiam Masenium. f. 289. aut solitud. Hagiopoli ultimo dic.

Conclusiones.

I. Ergo audi S. Bernardum ser. 2. in Cœna, & hoc beneficium æstimare disce: Potestne æstimari, inquit, quod quantum est hoc Sacrum Sanctorum, Sacramentum Sanctorum, Amor Amorum, dulcedo omnium dulcedam. Hac sunt verè ferulae & vitalia Iustorum & Sanctorum, bibuntur in loco uberi Torrentes lacticis, flumina mellis, liquores balsami cœlestis. Hic efficitur una Caro Sponsa cum Sposo: unus Spiritus sancta Anima cum Christo.

II. Ergo accipe quotidie, quod quotidie tibi propositum vivere, ut quotidie merearis accipere; qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. S. Aug.

III. Ergo, ut idem monet, fias Corpus Christi, si non vivere de Spiritu Christi. De Spiritu enim Christi non vivit nisi Corpus Christi. Vix & tu vivere de Spiritu Christi, in corpore esto Christi. Sic enim ipse dicit Joan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me maneat; ego in eo; & qui manducat me, ipse & rivet propter me.

Legatur etiam lib. 4. de imit. c. 1.

CONSIDERATIO PRO VIII. DIE.

DE ACTIONIBVS AD OFFICIVM PASTORALE SPECTANTIBVS.

Punctum I.

Uti in priore Consideratione de Actionibus ad Proximum Spectantibus in genere Examen institutum est, ita de iijde hinc in specie fiat reflexio, scilicet quomodo ea, quae ad Vaccinationem & Officium Pastorale pertinent, observentur; quod haud difficile erit, si quid circa singula tenendum sive breviter indicetur.

I.

Erga Vocationem.

- Magna Estimatio
Propter Dignitatis Eminentiam.
Perfecta Cognitio
Propter Muneris Exigentiam.
Studioſa Executio
Propter Præmij Excellentiam.

II.

Erga Officium.

- Exacta Diligentia
Ob Muneris Dignitatem.
Reflexa Experientia
Ob Operationis Facilitatem.
Invicta Constantia
Ob Coronationis Necessitatem.

III.

Erga Executionem.

- Pura Intentio
Ad augendum meritum.
Studioſa Operatio
Ad implendum Officium.
Generosa Resignatio
Ad tranquillandum Animum.

IV.

Erga Conversationem.

- Sit sancta Conversatio,
Ut Clericus puteris
Æqualis sit Dilectio,
Ut nullum aspernetis.
Sit efficax Locutio,
Ut plurimos lucreris.

V.

Erga Visitationem Ægrotorum.

- Hos visita velociter
Pro Obligatione.
Alloquere suaviter
Pro Consolatione.

Y 5

Hor.

Hortare efficaciter
Pro Confortatione.

VI.

Erga Confessiones audiendas.
Exacta Audientia
De Peccatis admissis.
Severa Reticentia
De Secretis commissis.
Discreta Pœnitentia
De Delictis remissis.

VII.

Erga Concionem.
Apposita sit & solida
Quoad Materiæ Inventionem.
Excocta bene, & servida
Quoad Formæ Dispositionem.
Decore multo prædita
Quoad ipsam Elocutionem.

VIII.

Erga Catechesin.
Hanc magni semper æstima,
Ut par est æstimari.
Crebro tuis deprædica,
Ut par est commendari.
Summâ cum curâ explica,
Ut par est observari.

Punctum II.

Pœpende, quantopere obligeris ad hæc Officia magis
cum fervore ac perfectione obeunda.

I. Quidem ob ingens Vocationis Beneficium; si etiam
in hoc Mundo iij, qui ad excelsum aliquod & quo-
tuosum Officium præ multis alijs Competitoribus elige-
tur, tanto magis se obligatos sentiunt ad illud cum omni
ligenzia obeundum, quanto majori beneficio ac favore
illud sunt promoti; quid te facere par erit, qui nullo tuo
rito, sola DEI benignissima dignatione ad Officium omni
Officiorum divinisimum & altissimum es promotus.

II. Ob Gratia ad hoc collatae amplitudinem; quæ quasi
est talentum à DEO commissum, unde nisi cum eo opereris,
verendum est, ne auferatur, & alteri detur, ut Christi Matt.
15. minatus est. Unde merito S. Paulus ad Corinth. 2. c. 6.
scriptus: *Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum
Gratiam DEI recipiat. Ecce nunc tempus acceptabile (o-
perandi) ecce nunc dies Salutis (nostræ & alienæ promo-
vendæ) nemini dantes ullam offensionem (per negligen-
tiam) ut non sit superetus Ministerium nostrum, sed in
omnibus exhibeamus nos sicut DEI Ministros in multa pa-
tentia Ec.*

III. Ob Functionum excellentiam, & quæstum: non e-
sim ex ordinata sunt ad quodcunque temporale lucrum fa-
ciendum, sed ad Animas omnibus rebus corporeis longè
prestantiores, & infinito Sanguinis Christi pretio redem-
pas lucrandas; unde quanto amplius sperare poteris præ-
mium, si munere tuo recte fungaris, tanto gravius timere
debebis supplicium, si male illud administres. Certè si ulli-
bi hic locum habebit illud Sa. 6. *Potentes potenter tormenta pa-
tentur.*

Punctum III.

Uero tanto facilius accuratiusque hac in parte Officium
tuum præstes, sequentia tria media adhibere stude.

I. Arctissimum cum DEO coniunctionem, tum per Cha-
ritatis virtutem, tum per familiarem in Exercitijs Spiritua-
libus Conversationem; sic enim ut Palmes tanto copiosiores
fetas fructus, quanto arctius vitiæ verae; id est, Christe, fueris
conjunctus.

II. Da semper operam, ut Zelum Animarum & vigentem
retineas, & quotidiano nutrimento per considerationem mo-
tivorum ad eundem excitantum, & ferventem ejusdem à
DEO postulationem, & actualiem ac sedalam Operationem
conserves & ageas; quod enim ardenter & vivacior hic Ze-
lus fuerit, tanto alacrius & diligentius, & hoc ipso etiam
plerumque fructuosius Muncris tui functiones persolvet.

III. Non tam ad labores & difficultates, quas in Functio-
nibus tuis patet, quæ ad fractum & lucrum tuæ & alienæ
Salutis oculos reflecte; sic enim omnes dies & labores vide-
buntur.

buntur pauci & breves præ amoris magnitudine, quia
DEVUM, tuamque & aliorum Animas flagrabis.

M E D I T A T I O III.

Pro 6. Die.

D E A G O N I A E T O R A T I O N E C H R I S T I
I N H O R T O.

Scopus.

*Præparationis solidæ ad tribulationes excipien-
das studium.*

Punctum I.

Considera I. Cur Christus, etiam si ab ipso jam Concep-
tis suæ puncto clarissimè cognoverit omnia tormenta & do-
lores, qui in præsenti Agonia ipsi proponebantur, & langu-
neum sudorem eliciebant, nunquam tamen hanc confiden-
tionem serio & cum tristitia suscepserit, donec ipsum Passio-
nis tempus appropinquavit, videlicet ut iterum suo exemplis
nos doceret, ne de tribulationibus futuris ante tempus mi-
niūm solliciti, tristesque essemus, sed exspectaremus, donec
ipsum easdem sustinendi tempus adveniat.

Considera II. Quam prudens & necessarium sit hoc no-
rum omnibus in hac vita per multas tribulationes ad Passum
supernam tendentibus, ne scilicet ante tempus misericordie re-
linkt, & crucem graviorem sibi per antecedentem immatu-
rum timorem efficiant; nam, ut recte Thomas de Kemp. la-
c. 30. Quid importat sollicitudo de futuris contingentibus
nisi ut tristitiam super tristitiam habeas? sufficit diei malum
sua. Vanum est & inutile de futuris conturbari, quia non
nunquam evenient.

Considera III. An non & tu hactenus ejusmodi vanis co-
moribus subjectus fueris, & quomodo eisdem deinceps de-
vitare velis, totum te in finum suavissima DEI provideant
conijciendo, & cum Heli dicendo: *Dominus est, quod
bonum est in oculis suis, hoc faciat.*

Colloquium.

Punctum II.

Considera I. Cur imminente Passione Christus in monte Oliveti exiverit, ibique assumpis tribus tantum Discipulis Petro, Jacobo, Joanne orationem, & quidem talem: *Tunc si possibile est, transeat a me calix iste: Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Matt. 26. peregerit, nimirum & absolutissimum exemplar relinquet, docereturque, quid appropinquate aliqua tribulatione agere debeamus, videbatur 1. Confugere ad Misericordiam DEI per montem Oliveti significata. 2. Exercere actus Fidei, quia credamus, hoc tribulationem a DEO singulari cum Providentia miti: *Spes, quia certa confidamus.* ipsum non permisurum, ut supra id, quod possumus, tentemur, sed facturum etiam cum cunctatione proventum: & *Charitatis*, quia nihil aliud, nisi solum DEI beneplacitum inquiramus; haec enim virtutes per nos illos Discipulos sunt indicatae. 3. Per humilem & ferventem orationem, cum debita tamen Indifferentia factam, motionem imminentis mali petere.

Considera II. Quam solidus hic & perfectus sit modus tribulationes imminentes excipiendi, ita ut nihil a Prudentissimo quoque perfectissimoque Homine requiri amplius possit.

Considera III. Quomodo tu hactenus hunc modum observaveris, aut observare deinceps velis. Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Quos effectus & fructus Christus ex hac sua Oratione & Fiducia ad Misericordiam divinam, & aeternum suum Patrem percepit, nimirum tres sequentes. 1. Ut Angelus de Cælo missus eum consolaretur, ostendendo ei, quanta in universum genus humanum communida, quanta in ipsum Christum gloria, & quantus in Patrem aeternum Homo redundaturus esset, si Calicem Passionis oblatum exhaustaret. 2. Ut adeo confortaretur, atque ad exhaustendum Passionis calicem animaretur, ut non exspectans Hostium adventum ultra illis occurrerit, atque ad Discipulos dixerit: *Surgite eamus.* 3. Ut admirandam temper Pacem, & animarum quietatem toto Passionis tempore retineret, neque ullum unquam

unquam aut commoti , aut tristioris animi indicium an-
plius præferret.

Confidera II. Quàm præclari sint hi fructus, & tibi enia
vel maximè oportet, ut qui, sicut Servatoris Officium inpro-
curauda Proximi salute imitandum suscepisti, ita mentio-
bil aliud, quàm Cruces & Tribulationes sperare possis; al-
quas proinde generoso pectori supportandas prædictas mo-
dus non modicum tibi perinde ac Christo, robur ac flumen
lum addet.

Confidera III. An tu ejusmodi hactenus effectus expre-
sis, & quomodo deinceps saltem eodem per praxi solum
supradicti modi procurare velis. Colloquium.

Videri etiam potest Masenius. fol. 301.

Conclusiones.

I. Ergo in adversis tuis memento Sententie 2. Pat. 10.
Josphat prolatæ, & dic cum ipso : *DEVS noster, in no-
n est tanta Fortitudo, ut possimus huic multitudini re-
fiero, qua irruit super nos. Sed cùm ignoremus, quid ope-
debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostri du-
gamus ad te.*

II. Ergo audi consilium pij Asceta 1. 3. c. 30. in Pedium
Christi sic te adhortantis: Fili, ego Dominus confortans
die tribulationis. Venias ad me, cùm tibi non suenberis.
Hoc est, quod maximè Consolationem impedit calamitem
quia tardius te convertis ad Orationem; nam antè, quam or-
intentè roges, multa interim solaria queris, & recreas in
externis, ideoque fit, ut parum omnia prospici, donec adiu-
tas, quia ego sum, qui eruo sperantes in me, nec est ex me
valens auxilium, neque utile consilium, sed neque duci-
remedium.

III. Ergo adveniente tribulatione dic cum eodem Aco-
ta 1. 3. c. 29. Et nunc quid inter hoc dicam? Domine, in
voluntas tua. Ego bene merui tribulari & gravari. Oper-
utique, ut sustineam, & utinam patienter! donec trans-
Tempestas, & melius fiat.

Legatur etiam lib. 3. de imit. c. 50. & per tertium modum
oportet percurratur.

SEPT.